


## RECENS HABITÆ.

17



Hæc eadē macula ante secundam quadraturam nigrioribus quibusdam terminis circumuallata conspicitur, qui tanquam altissima montium iuga ex parte Soli auersa obscuriores apparent, qua vero Solem respiciunt, lucidiores existat, cuius oppositum in cavitatibus accidit, quarum pars Soli auersa splendens apparet, obscura vero ac umbrosa, quæ ex parte Solis sita est. Imminuta deinde luminosa superficie, cum primū tota ferme dicta macula tenebris est obducta, clariora montium dorsa eminenter tenebras scandunt. Hanc duplicem apparentiam sequentes figuræ com-  
monstrant.

B

